

## 140 BÖN VID DISPUTATION 27.IX 1848

HUB, Studentbiblioteket

O Deus sanctissime! qui hominum regis pectora in veritate perspicienda, in honesto colendo, adsis nobis omnibus, ne nostro arbitrio, quod verum & honestum est, in contrarium pervertamus! Patriam carissimam ex gratia tua tuere! Salvum fac Imperatorem Augustissimum, Cæsarem, imperii hæredem, totamque Domum Cæsaream! Hanc tuo rege spiritu, veritatis teste, Universitatem, docentes & discentes, quo omnes animum ad veritatis & virtutis studium intendant sincerum, vitaque peracta diem obeant supremum grato erga Te animo, ipsi gratiis bene digni posterorum!

10

## 141 LECTIO PRÆCURSORIA 27.IX 1848

HUB, Studentbiblioteket

A<sup><</sup>uditores> H<sup><</sup>onorati. – Cum mos sit vetusta, ut disputationes Academicæ verbis quibusdam præcursoriis inaugurentur, mihi quoque veniam detis, humillime quæso, pauca hoc loco

20

*De philosophia in studiis academicis vi*

afferre momenta.

Omnes sine dubio scientiæ artesque liberales animum bene formatum ad studia instigant, patriæ generique humano profutura. Attamen æqualis minime est omnium disciplinarum cum ceteris nexus, nec itaque omnes eandem per se exserunt vim in vera humanitate colenda. Putaveris quasdam disciplinas devotionem quasi cultoris requirere pleniorum, cum parum homini tradant cognitionis ad vitam agendam necessariæ, nulla plane fidei atque morum præcepta. Cujus generis mathesin disciplinasque mathematicas nec non disciplinarum naturalium plurimas esse, quisque facile concedet. Nam his certe studiis colitur ingenium studiosi, atque ad maximam felices eorum progressus generis humani conducunt utilitatem, veram igitur aliquando promoturi humanitatem. Nulla vero per se neque docenti neque discenti tradunt vitæ honestæ præcepta, nulla, quibus hæc innitantur, principia, rationem hominis spiritualem expositiona. Quis e. gr., qui mathesi operam dederit, ex hoc studio cognitionem quandam de ratione & fine vitæ humanæ, de vita civium communi, de officiis erga rempublicam hausit? quis tandem ex illis, spem sumvit firmam perfectioris humanitatis, aliquando humanis solatium præbituræ pectoribus?

30

At jam attulimus, has easdem disciplinas ideo majorem in cultoribus quærere animi devotionem. Submisso sane vitam peragit, quicunque, spe ductus veritatis promovendæ, in eo elaborat, ut rerum sibi aliisque cognitam faciat naturam, ne ipse e studio laudato id quidem capiens utilitatis, ut vitam degere mortique obviam ire edisceret. Quæ vero devotio animi per se jamjam fundamentum efficit vitæ honestæ fideique, in vita virtutem in morte solatium præbentis. Quicunque enim agnoverit, hominem non sibi vivere, sed generi humano, is certe lubens, pectus vera impleri atque regi, patietur, humanitate. ||De qua re Scholasticus: »Sunt, qui scire volunt, eo tantum fine, ut sciant, et hoc est inutilis curiositas, alii ut sciantur et hoc est superba vanitas – tu autem disce, ut ædificeris & ædifices; illud religio est, hoc caritas.»||

40

50

Adsciscit vero animi attentio laudata per se cultum philosophiæ quam naturæ scrutatores, nisi rudes eosdem omnino atque omni destitutos humanitate sumseris, certe profitentur, etiamsi semet systematicam in philosophia disciplinam parvi facere interdum jacent. Nisi autem res rerumque caussas & nexus cogitatione capiunt, nullam quidem in natura perscrutanda accusare possunt vim, quæ veram promoveat humanitatem; i. e. nisi rationem spiritus humani, vitæ humanæ, historiæ temporum attigerint, nullo modo perspicere poterint, quænam sit supremus indagationis naturæ usus. Nam veritatem collaudasse abstractam, quæ extra finem generis humani posita sit, insipientiæ sane esset! Ita veritas e. gr. matheseos nulla sane esset, nisi, contemplatione rerum philosophicæ mediante, ad omnem referri posset humanitatem, quavis cultus humani via, verum & honestum quod sit, in hominibus confirmando.

Neque dubium est, quin omnes omnium scientiarum cultores etiam philosophiam colant, immo systematicam quodammodo foveant mundi contemplationem. At plerumque displicet, quod philosophia constans non sit, sed ad novam procedit systematis formam, novas præ se ferens de rerum ratione doctrinas. Qvod vero cum vituperant homines, revera contendunt mundi contemplandi rationem per sæcula eandem esse debere – vel accuratius philosophiam jamjam divulgatam, quam sanæ rationis esse dicunt, atque cui ipsi adhærent, in posterum etiam ratam futuram esse urgent.

Quæ perversæ mentis opinio nulla re, nisi studio philosophiæ acerrimo erui potest atque in meliorem converti. Hæc itaque me judge proxima est caussa, cuique satis conspicua, cur disciplina imbuatur philosophica juventus studiosa, cuiunque de cetero majori studium impenderit diligentia. Efficitur ita negative, ut dicunt, quod suam mundum contemplandi rationem homo minime absolutam esse putet vel sanæ præ ceteris rationis suam opinionem, sed eandem vel huic vel illi originem debere scholæ philosophicæ, indiesque studio indefesso magis magisque explicandam esse perspiciat. Positive vero, fundatum hujus explicationis ponit studium philosophiæ, ut quæ quovis tempore systema sit, systemati jamjam negato innixum, atque ita momentum efficiens evolutionis philosophicæ rursus negandum. Virium quidem infirmitas humanarum brevitasque vitæ non concedunt, ut, præsentem homo deserens opinionem, studio & peritia confirmatam, ad novam animam adaptet mundi contemplationem. Sanæ rationis vero est, ad consentaneam cultui humano indies contendere systematis explicationem. Qua re colitur humanitas in studiis scientiarum. Inhumani igitur esse putas, novum quoddam sistema philosophicum rejicere eam tantum ob caussam, quod systema sit, i. e. quod sanæ ita dictæ rationi ||raro systematicæ|| non convenient assertio[n]is systematis. At inhumana quoque putanda philosophorum quorundam sentiendi atque agendi ratio, qui nullum agnoverint studium, nullam peritiam, nisi quæ assertio[n]ibus systematis capiantur. Quibus tamen concedendum, ut principia scientiarum ordine systematico complecti studeant.

Uberima quidem est materia, de qua hæc paucissima attulimus. Morem autem secuti, fateamur oportet, nosmet inviti lingua usos esse, apud auctores Romanos candida sane et gravi, in nostro vero ore vix tempori atque loco digna. Neque igitur vestram A<sup>udi</sup>tores H<sup>onor</sup>ati patientiam longa fatigabor oratione. Ex allatis jam elucet nostram de studio philosophico opinionem eam esse, quod philosophia præ ceteris disciplinis ad veram scientiarum studiosum perducat humanitatem. Ediscet nempe philosophans suam de rerum natura opinionem, revera

fructum esse cultus humani, per sæcula ad maturitatem perductum. Quam igitur acriter defendens, uti fructum cultus humani defendet. Ediscit porro hanc opinionem non per sæcula retinendam esse, sed cum cultu generis humani communi in dies explicatura iri. Cui tandem subsumit cognitioni ceteras scientiarum disciplinas, harum inter se perspiciens nexus atque in humanitate promovenda vim. Quovis igitur studio suam excolens humanitatem, quo nihil humani a se alienum esse putet.

10

**142 J. V. SNELLMAN – F. CYGNÆUS OKTOBER  
1848**  
*HUB, Coll. 41*

Broder Cygnæus!

Jag sänder Dig härhos en epistel, hvars fortskaffande jag lemnar åt Din omsorg och Ditt omdöme.

Den lurk, hvarom jag der talar, har bestämdt skrifvit rapporter till S:t Petersburg till den D:o, som åtagit sig att derifrån efter förmåga dirigera sin egen båtnad och vårt lands förderf.

Hvad rapporterna innehålla kan jag blott gissa. Så t. ex. att ett Tidningsbolag här, i hvars åstadkommande jag icke haft någon del, är en af mig presiderad politisk klubb, i hvilken detta Kråkvinkels tjenstemän på dessa hans förespeglingar icke mera våga delta. Vidare troligen rapporter om, hvad han, lurken, såsom censor strukit i Litteraturbladet – af hans dumhet, uttydt. Dertill kanske något upsnappadt ord, emedan han här organiserat rapportörer äfven bland dagliga umgänget. Slutligen lögner, dem hans harm för honom sjelf gjort till sanningar eller han kanske af gemenhet sätter tillsamman. Ty kändt är, att han ej blott är en narr, utan till raseri hämdlysten, då hans värdighet icke respekteras. Jag hjälpte honom en tid upp i anseende; men han har nu fallit åter till en plåga för hvarje samqväm och är isolerad från allt folket. Han saknar dem, emedan han saknar sin värdighets dagliga erkännande. Han vet, att han haft mig att tacka för bättre tider och tackar mig nu äfven för de onda, ehuru jag på sin höjd främjat dem blott genom att skratta åt hans löjligheter. In summa: ju eländigare allt detta Kråkvinkelskap är, desto säkrare är verkan deraf, der det vederbör,

Kan nu adressaten våga fram ett ord för att göra rapporterna misstänkliga? Då bör brefvet afgå. Tror Du, att det är bortkastadt, så offra det åt lågorna. Förargligt är och blir att en sådan lus, som mannen quæstionis, och sådane lusförhållanden, som mina här, skola inverka på mitt öde. Jag har sannerligen ingen annan utväg, än att ställa mig bakom någon hökardisk.

Sänd i all händelse brefvet med någon extra lägenhet – kanske med Langensköld, till hvilken jag skrifvit i samma sak. Kan Du vid tillfälle gifva Walleen den öfvertygelsen, att lurken här är en allmänt beskrattad narr och att man välsignar den stund han köres hädan, så säger Du blott sanning och det kan kanske hafva sina vägar med dennas forplantning – ehuru jag tror, att just hans, kurkeñns, befattning med min person, stärkt hans kredit på vederbörande håll.

Blott af ryktet känner jag utgången i Consistorium, sådant jag i bilagda anfører det. Sirelius lofvade underrätta mig; men har glömt

20

30

40

50